Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 2017
Quelle:
Copyright:

se ipso sequentia: Scripsisse se, dum *Lipsiae* degeret, suadente *Georgio* Duce, Consultationes Ecclesiasticas, item *Berolini* jussu *Joachimi* Electoris *Brandeburgici*. Similia a se exegisse dominum suum terrestrem *Philippum* Abbatem *Fuldensem*, et *Sebastianum* Archiep. *Moguntinum*. Autorem se esse *Typi Ecclesiae Prioris* &c. Ex quibus conficitur, esse illum *Georgium Wicelium* πολυγραφον sat notum, sed neutri Parti, ut fit, ex toto acceptum. Id, quod vel ex praesenti Opere liquidum fit, quod in Capita XXV. et Appendicem tributum est, quorum Titulos damus: *Papatus, Bapstumb zu Rom, wie solches zu vnnderschaiden. Curia, Römischer Hofe. Cardinales oder Cardinalstanndt. Præsides, die Bischoffen. Clerus, oder Pfaffhait der Lateinischen Khirchen. Monachatus, oder Munichstanndt. Von der leer der Khirchen. Andere hohe stuckh der Cristlichen leer. Principalstuckh der leer in gemainer Cristenhait. Baptismus, Sacrament der heilligen Tauff. Confirmatio, Das ist die Heillige firmung. Liturgia. Ampt der Missen. Penitenz. Beicht vnnd Was disem anhengig. Ordo, oder Weihung der Briesster. Matrimonium, oder Eestanndt Im Cristenthumb. Letste Unctio der Gleubigen. Cultus Divinus, Gottesdiennst in Catolischer Samlung. Ceremoniæ vnnd Observationes Gemainer Khirchen. Jeiunium. Quadragesimae Fasten, vnnd anndere durchs Jar. Feriæ, Feiertage durchs Jar. Intercessio, Fürbitt der heiligen Gottes. Imagines. oder Bilderwerckh. Scholæ, Christliche Schuellen, Hohe vnnd nidrige. Hospitalia. Vnnd was das gross Armut belanngt. Funus, Die Leich vnnd begrebnus der Christen.* In singulis his Capitibus sensus *Pontificiorum*, significatu hujus vocis, ut supra stabilitum fuit, accepto, dein *Catholicorum*, demum *Lutheranorum*, *Zwinglianorum* &c. declaratur. In *Appendice* enumerantur Autores paullo antiquiores, qui de Reformatione Ecclesiae tractarunt.

DXXIV.

Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 7. f. est *Reconciliationis Catholicorum et eorum qui illis aduersarij videntur modus certissimus a Concordiæ Vniuersi studiosissimo* ä ä p a *in Christi Gloriam restitutus aut institutus.* G. P. *qui* N. R. I. *Auctore.* Jam dictum *Cod.* CCCCLIX. *n.* 24. Somnium esse *Guilielmi Postelli*, cui quis tunc merito occinuisset: 163

Non tali auxilio, nec defensoribus istis
Tempus eget.

DXXV.